

1284 maig 29. Girona.

Pere Guerau, ciutadà de Girona, concedeix als habitants de Girona que puguin utilitzar els seus forns, situats prop de la plaça dels Cavallers, sense pagar puja per la cuita de cassoles, panades, formatjades, flaons i tortells.

[A]. Original perdut.

B. Còpia de principis del s. XIV conservada en el *Llibre Verd*, 2 18v.

Carta antiga que féu en Pere Gerau que aquels qui courien lur pan en los seus forns qui són prop la plaça dels Cavallers hi puxan coura sens puja caçoles, panades, formatgades, flahons e tortels e d'alscunes altres coses.

Sit omnibus notum quod ego Petrus Geraldus, civis Gerunde, gratuito animo et spontanea voluntate ac de mera et speciali gratia, per me et omnes^b meos, dono et concedo omnibus habitantibus in Gerunda ac universitati eiusdem, tam presentibus quam futuris, perpetuo quod omnes illi tam homines quam mulieres habitantes in Gerunda, presentes scilicet et futuri, qui in furnis nostris qui sunt iuxta plateam militum in Gerunda decoquerint panem suum, possint in eisdem furnis decoquere *cassolas, panades, formatgades, flaons, tortellos*, sine *puya* et fornicato et sine aliqua re quam dare non teneantur, et etiam

si ea que ibi deportaverint ad decoquendum tam panes quam alia predicta, arderentur vel prope ignem deserverentur, illud restituamus et reficiamus eis de nostro proprio, et etiam si panem quem ibi deportaverint ad decoquendum, voluerint inde abstrahere in pasta pro eo quod illum ibi decoquere non possent, non teneantur dare aliquid me vel meis pro illa pasta de fornicato vel *puia* vel alias, set de pane qui ibi decoquetur habeamus ego et mei *puia* seu fornicatum consuetum. Promittens per me et meos omnibus habitantibus in Gerunda, tam presentibus et futuris, et notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti et recipienti omnia predicta et subscripta nomine eorumdem predicta omnia observare et complere et rata et firma habere et contra in aliquo venire et ad maiorem cautelam iuro per Deum et sancta quatuor Dei Evangelia, corporaliter tacta, hec omnia attendere et complere et contra in aliquo venire. Ad hec nos domina Bernarda, mater eius, et Sibilia, uxor ipsius, firmamus, laudamus et concedimus omnia et singula supradicta et promittimus quod contra in aliquo non veniamus, racione nostri sponsalicii vel alias, renunciantes iuri ypothecarum nostrarum quod habemus in bonis virorum nostrorum racione nostri sponsalicii vel alias.

Actum est hoc, quarto kalendas iunii, anno Domini M CC L XXX quarto.

Sig+num Petri Geraldus. Sig+num Bernardae, illius matris. Sig+num Sibilie, uxoris ipsius, qui hec firmamus et laudamus.

Testes sunt: Arnaldus de Riparia, Paulus de Palaciolo, Berengarius /218v/ de Terradis, iurisperitus, Arnaldus de Rovirola, Arnaldus Bertrandi, Guillelmus Provincialis, Arnaldus Corrigerii et Raimundus Olivis de Gerunda.

E+go Bisullensus Burguesii, tenens locum Raimundi de Toyano, publici Gerunde notario, hec scripsi et clausi.

a. *Interlineat*, B. b. *Interlineat*, B.